RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Baptista Mantuanus

Parthenice secunda sive Catharinaria : Universitätsbibliothek Rostock, Mss. philol. 71

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1771784059

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Bapt. Mantuanus,
Parthenice
secunda.
1510.

…hol. 71.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1771784059/phys_0001
DFG

Mss. philol. 71.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1771784059/phys_0004
DFG

Baptiste Mantuani

1510

Ortwini Graty Daventriensis ad lectorem Epigramma

Quid iuvat ascreum cantu celebrare Poetam
Mœnidenque novis tollere ad astra modis
Quid tripodas quoque phebeos numenque sororum
Plectraque peligni quid rogo vatis amas
Rura. quid et fruges. quid tantum eneia tollis.
Plectra. quid phebi pieridumque. choros
Obscurum est quod queris opus tu desine lector
Vana sequi. magnos non nisi magna decent
Clarior in cunctis Baptiste gloria vatis
Et iuga carmeli sidera sola petunt
Hic docet integros animi componere mores.
Et dare sublimi mistica sacra deo
Nunc medium celi tangit. nunc ethera mentis:
Lustrat. et eterni numina trina patris
Huic ergo eternos omnes debemus honores
Et decus et laudes secula cuncta dabunt

TELOS

8
1.
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK
Ex Biblioth. Acade. Rostochiensis
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1771784059/phys_0005
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0006
DFG

Fratris Bap. Mantuani Carmelite

theologi ad magnificum D. Bernardum bembum patricium Venetum et jureconsultum peritissimum Secunda Parthenices incipit:

Cesidis aggressi pugna tormenta rotasque
Atque triumphato victricia bella tyranno
Deteximus fraudes et numina falsa deorum
Sancta fave virgo tenuis cui carminis orsum
Pangimus et vento venias ad vela secundo
Veridicos cantus non ex helicone vetusto
Porrige sed christi sacris de fontibus haustos
Da mihi nunc hedere non lauri vimine textam
Sed qualem tu diva geris de fronde coronam
Arboris eoe medio quam legimus horto
Spargere felicem ramis vitalibus umbram
Et paradisiaco nobis aspiret ab orbe
Vera dei soboles eterna potentia patris
Orbe soporato tellus egyptia noctem
Roriferam induerat mersusque sub equore titan
Hesperio celi nitidos accenderat ignes
Et rigor attollens humentes scorpius ortum
Stringebat iam rura novis effeta pruinis
Cum iovis imperio volucres cyllenius alas
Sumpsit. ut ex toto veteres memphitis in agros
Cogeret orbe deos. qui maiestate relicta
Iam sua cedebant nostris altaria sacris...

Inuitaq; iugum Christi ceruice ferentes.
Nulla dabant responsa palam. sed cecamalorũ
Semina iactabant. tanto q; in pectora lapsu
Intrantes humana dolos et opta venena.
Gentis ad excidium nostre inspirare solebant
Q̃ualis per insidias gerit inter ouilia bellum
Noctis lupus factũ pedibus strobs limina subter,
Tũnc ferus ausonijs mauors noua gentib9 arma
S̃uadebat. ferruq; graui versare tumultu.
Ocia lucanis dum Maximianus in hortis.
Ducit. et in regem dũ res romana reuerti
Cogitat extinctis regni consortibus vnum
Tũnc hettates motus furijs Maxenti9 acres
Vertitur ad magicas. veterumq; ad sacra deorũ
Instaurat delubras. nouis scrutatur aruspex
Exta scelus tentat. quo non crudelius vllum
Legimus a prima nascentis origine mundi
Viuentũm grauidas matrũ secat ensibus aluos.
Immatura trahens stygijs que destinat aris.
Pignora funestos docuit Proserpina ritus
Inuida crescentis fidei successibus omne
Heresibus sanctam legem tritonia pallas.
Implicat. et vetis fucat mendacia dictis
Mixta choris iuuenũ ven9 illecebrosa repugnat
Virginibus sacris. moresq; irridet honestos
At venere Bromi9 comes. et Silenus. et ipse

Silenus ut scribit Dyodorus fuit Bachi [illegible] est costituto studio et plurimis Dyonisio ad virtutem et gloriam vos q; bellicos psuit:
pedagogus ac nutritor bo[illegible]

Castra mimallonis vino redolentia Bachi
Atq dionysos furtim per tecta liquores
Jam sine pampineis thyrsis et lyncibus euam.
Mittit et occultos accendit insidibus ignes
Inuoluebat opum studijs saturnia Juno
Corda vir gemmis fuluiq numismatis auro
Merces peregrina. tunicis ardentibus ostro.
Sollicitans animos hominum. Priuatus olympo
Phebus et ignifero curru. piis nigrior atra
Versus in ethiopem. fidibus spoliatus. et arcu.
Daphneæ sine fronde miser per menia noctu
Jbat et ablatum virus pythonis perempto
Quod magnus seruabat onyx spargebat in ipsos
Nobilium thalamos. quo corda imbuta malignis
Artibus armabat animos. hinc orta libido
Imperij. et auris rabies accensa superbis
Regnandi cupidos facile in scelus omnes trahebat
Talibus addictos opis Cyllenius urget
Ad moesti Jouis ire domos. memphitica regna
Est locus egypti bifido quem fluminis Nilus
Delta facit. Nilus cuius celestis origo
Regna per ethiopum fugiens orientis ab hortis
Ingreditur pharios septena per hostia fluctus.
Non procul est Styx atra palus. ubi condidit Jo
Inachis inuentum fratris Typhonis Osirim.
Abdita non procul est in collibus ora supinis

Pyramidum regio quarum preciosior orta
Dicitur a Rhodope: cuius prestantia forme
Tot congessit opes vt nobilitate sepulchri
Vicerit et reges ipsos. Hic Iupiter olim.
Clarus et igni potens. posito modo fulmine pauper
Squalibus et torua demissus lumina fronte
Demonas aduectos angusto suscipit antro
Atque sub exesa scabri testudine saxi
Considere solo. Tunc sic est Iupiter orsus.
Numina que toto terre regnastis in orbe
Non satis est nostro quod nos Gallileus honore
Exuit in tantas ausus prorumpere fraudes.
Non satis est. Queris etiam contemnimur. omnes
Nos impune premunt. in nos conuicia iactant
Caupones. nimiique leues. scurreque loquaces
Falsidicosque vocant, Ergo hec indigna feremus
Nec totiens lesi semel vlciscamur. inertes
Sit fumus vt viuos nos non intelligat hostis
Nos perijsse putat. defunctaque numina vita
Vulgus ait Tempus veniet cum turbine tanto
Christigenas asie regnis libyeque fugatas
Inuoluam. properate dies. velociter anni
Currite. Ferte cito Machometica tempora cursum
Interea mentes alijs solabimur egras
Supplicijs. Vna nostras in virgine vires

Experiamur · erit nostri querentia forsan
Maior ab exemplo tali. Catharina superbo
Nostra supplicio damnat simulachra · deosque
Impia sub sanniat · vultuque elata superbo
Non Venerem non Iunonem non Pallada non me
Tanta est impietas nimmo dignatur honore
Iupiter hec · magno sonu fremuerat tumultu ·
Exiliunt ire · furieque incendia surgunt
Et furor ignitis oculis et fronte minaci
Recanduit veluti rapidis cum ferrea flammis
Lamina cyclopum retorquetur flagrante camino
Iupiter ut vidit gravibus commota querelis
Numina sic iterum sumptis sermonibus inquit
O soboles iucunda mihi Plutonia coniunx
Persephone quando miseri te cura parentis
Sollicitat cita tartareas descende sub umbras
Plutonisque rogare una mihi mittat herinem
Tisiphonem · aut Alecto diramque Megeram
Ipsa te nata vitam · gravibusque obiter verbis
Scis quibus ille modis possit quoque ordine flecti ·
Sic pater · hec responsa dedit proserpina patri ·
O pater · heu frustra furias in tale vocamus
Obsequium · posuit furias sibi Tartarus omnes
Nec satis officio faciunt · vix prima Neronem
Ire Decium fratresque Titi execrabile sancta
De radice genus colubris et verbere duro

Corripit. in demite pugnant cum manibus umbre
Vociferant altum lateque incendia iactant
Tantus in igne dolor. tanta impatientia flammis
Nanque ea gentiles animas in tartara iactans
Non sinit alterna requie mitescere penam
Et modo romanis thalamos statuitque duobus
Regibus imperij qui deposuere labores
In medijs Cocyti undis componit et altum
Figit humi puteos. quantum marpesia cautes
Ingenti vix mole novem descenderet annis.
Altera iudeos repulitque improba gentis
Semina. que postquam letali vulnere Christum
Abstulit antiqua ne quicquam lege superbit.
Curat. et ardentes mergit phlegethontis in undas.
Sepius herodes geminas natumque patremque
Cedit. insertat candens in guttura ferrum.
Tercia Christigenas odijs infensa cruentis
In vada prerupte celso de vertice rupis
Precipites acherontis agit. versosque per amnem
Lucificum trahit hammato per saxa tridente.
Et iacit in flammas. que deficientia nunquam
Sulfura depascunt. fumoque involuit et igne.
Sed quid opus pater hic furijs. ego iussa capessam
Fare patris non est fas dissimulare dolorem.
Vade ait ardentes quando Maxentius aras
Consulit imperij cupidus sub noctis silenti

Hec responsa dato. Ulbium pete. sacra deorum
Restitues. et tanta tibi pro pietate coronam
Accipies. et signem fulgenti muricis clavum.
Sic ait. et natus pater inclinatus ad ora
Permulcensque caput dextra dedit oscula fronti.
Persephones mandata facit. corvique figuram
Induit. et tranans auras pernicibus alis
Preterit hammonis templum admirabile quondam
Dum Iovis imperium maiestatemque colebant
Terrigene. a lybicis quod nomina traxit harenis.
Iamque tenet syrtes. facit hic brevis unda vadosum
Equor. et est ratibus magnis impervia Tethys.
Transvolat, inarimen eterno ardore coruscam.
Cuius premit ingentis saxosa mole Tipheum.
Iam tenet italie littus. laviniaque arva.
Intrat ad urbanos strepitus. celsaque resedit
Tarpei super arce Iovis. populumque patresque
Et tria despiciens fora post delubra tonantis
Solis ad exortum Rome decora alta superbe
O caput o florens terrarum gloria mundi
Dixit ut excelso tetigisti vertice celum
Indigetes oblita tuos geniosque laresque
Atque Iovem et natos demens ad inania Christi
Tam cito degeneras documenta fidemque nefandam.
Sic ait. et Petrum quater execrata columnam
Traiani que iuncta foro supereminet urbi
Involat. et corvus iam desinit esse. brevemque
Se trahit in nebulam. et Maxentia tecta subintrat.
Nox erat. et phebe gelidis argentea bigis

Collis aventini summo de vertice tollens
Cornua lustrabat radiis pallentibus urbem.
Impius ad magicas rediit Maxentius artes.
Combustique affert teneros infantis ad aram.
Consulit exta. vocat manes. et numina lethes.
Nacta vias faciles et idonea tempora fraudi
Persephone commenta sagax insibilat aura
Pectarum. fibrasque movens felicia signa
Fingit. et involuit regis caput igne corusco.
Subridens. alacri saliunt precordia plausu
Principis. et totam trahit inter gaudia noctem.
Iam parat ire viam pelago iam concipit omne
Trinacria. creteque domos. cyprumque rhodumque
Qua zephyris impulsus eat. qua classe latina
Portus alexandri monstrata innaget urbem.
Egregios prima comites de plebe quiritum
Deligit. et fulget tyriis aurata iuventus
Vestibus. aeris rutilant segmenta lapillis.
Et vagina sinu gladios hiacynthina pulchro
Claudit. et argentum capulis effulget eburnis.
Septima consurgens roseis aurora capillis
Occeani pulchrum caput extollebat ab undis.
Cum iam compositis ratibus ventoque secundo
Littore ab ausonio solvens pelusia tendit
Hostia. et illustres pompei funere campos.
Persephone volat ante. fretum spumantibus undis
Liberat. et placido facilem facit equore cursum.
Non scythicus boreas illis non aphricus Auster

Non oriens Eurus potuit spirare diebus,
Vix sua sublenti crispabat tergora pontus
Applaudens zephyro. at sceleri se accomodat equor
Optimus interea mentis deus auctor honeste
Atque pudicitie custos ne regia virgo
Crutamenta dolis subito labatur ab alto
Premonet. at celeri tradit mandata ministro.
Ille per immensos celi glacialis ab ortu
labitur anfractus penetransque per aurea tauri
Cornua pleiadum flammas restringit et ipsos
Preterit errones septem: triumque sub orbe
Accipit geriles raris et ignibus artus.
Regia progenies cultu redimita pudico
Inter socraticos et quos academia quondam
Stoaque cecropiis libros de fontibus hausit
Clausa latet modico picte testudinis antro.
Atque voluminibus legum stipata duarum
Abstrusos animo sensus volvebat: et acris
Ingenii vegetans acies figebat in omne
Quod tenebris enigma latet. mysteria mitis
Invelata modis visu penetrabat acuto.
Quicquid ad ornatum fidei exemplaria sancte
Greca ferunt animo vigili condebat et omnes
Assidue fruges studii quasi fertilis agri
Primitias quasi collectum de sortibus aurum
Et quasi fulgentes gangis de pulvere gemmas
Sabaque panchei duro de cortice thura
Roboris. et pinguem torto de candite myrrham
Ad christi delubra ferens Capue summe decorum

Munera dicabat · primis cape dona iuuente
Ecce tibi pro stabiles apis hec tua colligit agros
Primus Abel pingui coluit tua numina sacro.
Melchisedech panum calathos et cymbia bacchi
Obtulit. Habraamus dulcia sua gaudia natum
At nos syncere tibi virginitatis honores
Collectosque pia de sedulitate legendi
Conferimus flores · nostra hec tibi munera sunto
Regia dum tales voluit sub pectore curas ·
Et fugiens animo terras celestia virgo
Cogitat ecce noue lucis micat igneus ardor
Atque repercusso paries splendore coruscat
Aurate micuere trabes · micuere columne.
Et subitus visum flammis ardere lacunar
Nuncius emisso nitidis e nubibus ore
Regia progenies dixit · quia concipis alto
Corde deum concessa tibi consortia diuum
Pone metum · secura meas intellige voces
Ille ego qui maris sanctas oratus ad aures
Ante fui · tibi deus summo modo mittor olympo
Nam tibi post illam primi debentur honores
Inter virgineas acies albentia castra
Scis veteres odio lucis studioque maligne.
Mentis et imperii vanaque libidine laudis
Dissentire deos christo. et molimine magno
Immortes certare bonos: nec posse nitorem
Ferre pudicicie · Clymenes corruptor apollo
Oppressit Aristei matrem · nymphamque Dionem

Jupiter europa · Danaen · Asopida · Ledam
Atque Lycaonidem · Maiam · Bacchique parentem
Falasse oceani natam: Minoida Bacchus
Persephone Pluto rapuit simoentis ad amnes
Congreditur Venus Anchise · thetidosque cubile
Pelleus incestat · rector neptunus aquarum
Phorcida · Dedalidem fraudis furumque magister
Mercurius Venerem Mauors et Pallada frater
Polluit · Endimyon vultu · Pan vellere lunam Endimon
Iasius Cerere · Nulla est sine labe deorum
Progenies · nisi forte suum que plangit Osirim
Inachis arguto pellex iunonia sistro
Et tibi virginitas istis odiosa parauit
Insidias · in te longinqua a Tibridis urbe
Et coniurata ostendit prelia Memphi
Nulla sub indigno virtus est principe tuta
Nulla sub incesto castis est gloria rege
Nam vitijs probitas semper contraria pare
Nescit · et hostiles dextra laevaque catervas
Sustinet · illatosque parat se semper ad ictus
In virtute labor · sed in ipso certa labore
Dona · fit ex operis merces · eterna resurgit
De sudore quies · et de merore voluptas
Non habet ex omni numero plebisque patrumque
Victricem nisi qui potuit certare coronam
Et multis certare datum · sed vincere paucis
Atque coronari et celebres vectare triumphos
Quare age surgentes audaci naue procellas

Rumpe. per aduersos aperi tua carbasa fluctus
Nec flantes horreste Notos nec murmura ponti
Irato te crede mari. proramque patentes
Ad celi conuerte vias. reget ipse per vndas
Temone velumque deus. puppemque tenebit
Nec sinet in scopulos fragilem tranare carinam
Semper olympiaca terram speculatur ab arce
Et questumque operi vidit se attingere sancto
Numine presenti deus adiuuat. odit inertes
Pugnam inuade. deo nihil aspirante timendum
Nunciis hec. humili facundia virginis ore
Sic responsa dedit Vobis ego Numina grates
Non si vel totidem linguis quot dicitur Argus Argus
Luminibus vidisse loquar. persoluere possim
Omnis vos homini vitamque alimentaque vite
Votis datis. et celi vos inspiratis amorem
Blanditijsque rudes ad contemplanda leuatis
Astra animos. et opes vestras monstratis in ipsis
Ignibus et celi ornatum mundique decore
Perpetuo. nostre ne forte libidinis mentes
Se lutea immergant neque queant attollere fronte
Ad celeste bonum. nostre vos cura salutis
Sollicitat. nec nostra diu durare potestis
Damna pati. veniamque datis peccantibus vltro
Me prope lactentem charisque parentibus orbam
Ante puellaris quam vos agnoscere eras
Cum neque fabar adhuc vos suscepistis alendam

Propterea nunquam diuis ego thura piandis
Ulla dedi. nunquam fumantia vidimus exta
Sola dei mihi cura satis. mea tempore ab illo
Virginitas addicta deo. votisque vocata
Palma triumphalis pugne. que sanguine fuso
Testificata thronum christi super astra verendum.
Misteriisque choris superum. sedemque beatam
Aetherea sortita domo regna illa viderem
Aeternis congesta bonis visuque tuerer
Perspicuo quod certa fides sed nubila monstrat
Est amor iste furor. quo pectore saucia lego.
Nectar et ambrosiam sitio. tantusque medulis
Ardor inest. tantus caeli calor ossibus hesit
Ut mors nulla queat mihi formidanda videri
Sed iocunda magis. Cur non que pertulit Agnes
Ipsa feram. cur non Agathes imitabilis fatum.
Lucia cuius erat. neque mens neque fortior etas
Vicit. et istarum felix trinacria palmas
Vidit Anastasiis tellus romana triumphis
Gaudet. ad istarum laudes et premia curro.
Tu modo qui celo frueris diuine minister.
Hec offer mea vota deo. si fauerit omne
Dulce mihi certamen erit. pugnamque diemque
Arbitrio legat ipsius. sic fata merentes
Vertit humi assurgens oculos. Synucius albam
Colligit in nubem. sparsisque per atria fumis
Ambrosiis. dulci repetiuit sidera cantu.

Iam vada Carpathis sulcans Maxentius vnde
Littus Alexandri et phariam procul aspicit arcem
Atque ait o magni salus pars tercia mundi
Aphrica. romanam fausto precor omine classem
Aspice. et auspicijs diuum mea vota tuorum
Prospera sint. saluete dei saluete penates
Indigene. quos religio longeua parentum
Excoluit. sacros venio laturus honores.
Sancta sequor mandata Iouis. ritusque reporto
Diuinos ad templa deum. dum talia fatur
Peruolat ad portum remis ventoque secundo
Cymba leuis. volucrem cursu que vinceret eurum
Summaque vix recto fugiens mouet equora lapsu.
fama per egyptum pretentaque littora ponto
Nunciat aduenisse ates ex vrbe latina.
Aduectumque freto romani regis alumnum.
Cuncta magistratus lucem posuere per illam
Publica. pellai priuata negocia ciues.
festa dies agitur. nitidis vrbana iuuentus
Vestibus. et multo testantur gaudia cultu.
Turba coit. pictis ornatur puppibus equor.
Murice vela rubent. radiant aplustria cocco.
Ducitur elator gradiens Maxentius ore
Splendidior et gemmis et multo lucidus auro.
Ausonij libyciquue simul glomerantur vtrimque.
Sistra sonant. altis lucent in turribus ignes.

Nemia fronde virent et odore graminis porte.
Altera lux ortu Cassij de vertice summo
Extulerat solem . cum rex iā squallida multo
Templa situ iubet ornari . veteresq per aras
Purpureos spargi flores . et rite parari
Danda Eratumbeo que sunt animalia sacro.
Christigene soliti crudis preda esse tyrannis
Con tremuere metu . et multi petiere Syenem
Thebeosq lares . et Cyrenaica regna
Ethiopūq domos et littora gentis Erembe .
Sicut vbi mitas aquilam videre columbe
Nare per aereos tractus . nec pinguia rura
Nec placide retinent aque . timor omnia vincit .
Pars latet vmbroso saltu . pars alta volatu
Tecta petit . pars montanis caua saxa latebris .
Et penis percussa sonat pernicibus aura .
Tunc est cepta coli regio deserta . solumq
Solibus exustum assiduis . et rura venenis
Indyta . et arentes terre sitientis harene .
Soliuagus vastam petijt tum paulus eremū
Hispidus et fulue tectus velamine palme .
Cuius ad ignotas veniens Antonius edes
Inuidit in satyros . mox flabile corpus amici
Condidit . et sicus vitam tradux in aruis
Inter harorricolas colubros et seua leonum
Semina . graminibus vescens et fluminis vnda .

Templa coronantur sertis. et fumibus actis
Barbara suspendunt aulea sub apside curua.
Pinguia mittuntur docti per rura ministri
Eius vicina bibunt piscosi flumina Nili
Atque papyriferi dulcem Tritonidis vndam.
Et qua se viridi Mareotis harundine cingit.
Adducant delecta boum qui corpora centum.
Interea cultros paterasque et thura sacerdos
Expedit et sacras longo locat ordine vestes.
Ante ea neglectus meliori pascitur Apis
Gramine. et extento iacet ad presepia ventre.
Iamque dies solemnis adest. mugitibus aure
Per fora perque vias vrbis per compita clamant.
Aera respant. clangore tube complentur acuto.
Consequitur vulgi strepitus turbeque frequentis
Murmur. et inflato resonat caua tibia buxo.
Clarus ad illustres graditur Maxentius aras.
Et circum pollens micat romanaque pubes.
Angelicas alto voluens sub corde voluntas
Costis ad esse videt sperate tempora pugne.
Et quamquam immota maneat sententia mente
Atque adamanteis vinclis frenata libido
Inuita racione scelus non audeat vllum
Ora tamen meditans diri furibunda tyranni
Atque graues penas horret. ceu saxea moles
Pulsa freto et rictu salientibus equoris vndis

Vapulat atque tremit. sed non vestigia mutat.
Dumque animus tanto curarum impellitur estu
Non procul ecce due vultu incessuque verendo
Feminee species adsunt. quarum una Cybeli
Per similis turrita caput stellataque frontem
Igneus ore color possit qui pana referre.
Per fora provolitant nebule. gyroque volucres
Aere ludunt et versicoloribus alis
Equora venter habet. pictasque per equora puppes.
Squamiferique greges flexis per cerula caudis
Arrectisque natant pinnis. ludoque fugaci
Per scopulos et saxa volant viridemque per algam.
Inferius campi herbosi. curvataque ripis
Flumina et excelsi nemorosa cacumina montes
Vertice inequali. pecudes. humanaque tecta.
Atque per multos saltus atque invia rura
Auriti lepores et flexis cornibus errant
Dorcades. et timidi damme ramosaque cervi
Cornua tollentes vacuis spaciantur in agris.
Hec rerum natura parens. que virginis ora
Dulcibus amplectens ulnis. Quid mergeris inquit.
Filia tot curis et sollicitudine tanta.
Contemplare meum decus et mea maxima regna.
Sarcinaque de nostris opibus velut ante solebas
Expulsis animo curis solatia carpe.
Terra fretum. nubes. flamme. versatile celum.

Cuncta meis sub sunt regnis · ego cuncta guberno
Elige de tantis aliquid quod mulceat egram
Quid tuus hic meror sibi vult · quid dulcia miris
Pallent ora modis · et quo tua forma recessit ·
Pone deum curas · diui sua sidera seruent ·
Ambrosiā viuant · et delectentur olympo ·
Terra sub est homini · terrena negotia tracta
Nec fines frustra humanos excedere tenta ·
Tu ne potes volucrū pariter tranare · sub vndis
Degere · et obscuris inter delphines in antris ·
Sirenes vbi sunt et inertia corpora phoce ·
Vt tibi per spellea maris per lustra ferarum
Sic quoque per celos inter consortia diuum
Legibus eternis vita hospiciumque negatur ·
Nec fas est homini celū sperare · deorum
Regna cupis · sedemque tibi promittis olympi
Cum neque brutorum latebris assuescere possis ·
Omnia limitibus certis ego sola diremi ·
Quos transire nefas · ea vota superflua pone ·
Sit tibi cura decor · tua sit tibi cura venustas
Ingenio condita meo dum fingere tento
Calliopes oculos · et virginis ora Medese ·
Vtere delicijs · et ne contemne iuuentam ·
Nec te finge deam · sed te mortalibus equa ·
Sit natura parens tristem solata puellam ·

Altera que tales paulum contata loquelas
Hauserat et vasto gressum suspenderat astu
Affuit. Aurati crines. frons lactea. fulgent
Lucifero similes oculi. rubicunda colorat
Lactentes aurora genas. per eburnea colla
Cesaries emissa fluit. toga cetera vestit
Aurea que tracto verrebat syrmate campu͞.
Celestis nitet ore decor. sparguntur odores
Ambrosij. crediq; nequit mortalis in illa
Spiritus. aut numen ut non sit numinis imago.
Tertius maurata clamydi descensus ab astris
Prolis olympiace. stigios ingressus ad amnes.
Ignea linguarum species. qua spiritus ingens
Intonuit super ora virum. montisq; relictis
Verticem sideream christus remeabat in arcem
Victor. et auulse vecto plutonis ab antro
Patru͞ anime niveis indute nubibus ibant
Aera p liquidum. terra predatus et Orchum
Rex superum tali repetebat regna triumpho.
Gratia nomen habet. cuius prestantia forme
Nature exemplo visa obscurare decore.
Non aliter q; sol maiori sidera luce
Umbrat. et exoriens alios extermina ignes.
Hec igitur sic orsa loqui. Quid virginis altum
Deiicis in terras animu͞ natura superbo
Ceca supplicio. rerum te insana parentem
Dicis. et ignoras quo tua venit origo.

Nec nosti genus ipsa tuum. tua signa sequuta
Nicomachi proles stellis erymanthidos urse
Navigat ammissis. et naufraga sepius arctas
Flante procelloso borea symplegadas intrat.
Nanque aliud vite genus immortalis olympo
Voluit esse homini. sed nec te credidit ortam
Nec me vidit inops lucis. mutabile corpus
Contemplata deum sicco pertransiit ore.
Auspiciis hanc usque tuis pervenit ad oram.
Hic sua sopito detraxit carbasa vento.
Dic ubi si nosti comites. primevaque christi
Castra. triumphalesque viri. qui sanguine claras
Emisere animas. et qui vicere tyrannos.
Subicere deo populos. tibi sola reliqui
Corpora et immundos cineres et tabida membra.
Ipse coronatas celesti lumine mentes
In sublime tuli. Quare iam desine nugis
Talibus illustres animos involvere ceca
Nube tue noctis. versis ita fata recessit
Passibus. at pluteo lato natura sub orbe
Virginis in thalamo fertur liquisse pavores.
Cuius ut agnovit fraudes absondit amorem
Gratia dispendens suis qui frangere omne
Virus. et auxilio ceptis ingentibus esset.
Protulit ora pavor gelide sub imagine mortis
Pallidus. et turvo contractus pectora dorso.

Cecus · et elinguis · trepidus · vix ossibus herens ·
Dentibus exesis trunca deformia nare
Ora gerens · et crure labans · et frigore torpens ·
Cuius ut horrificam effigiem stygiumque colorem
Et testudineos virgo perterrita gressus
Vidit ab aspectu monstri conversa recondit
Lumina · et admoto texit velamine frontem
Tum validis ardens animis alacrique iuventam
Strenuus et grato pretendens ora pudore
Virgineum pictasque ferens in pectore flammas ·
In medium prorupit amor · cornumque repertam
Corripit · et monstri repetito verbere terga
Pulsat · et invectis agit extra limina plantis ·
Vociferans · et fuste petens caput ora manusque
Non secus ac fertur si vera est fabula quondam
Infernum domuisse canem Tirinthius heros ·
Calcitrat et manibus tensis avertere cornum
Nititur et faciem monstrum defendere ab ictu
Acrius instat amor · terreque in pulvere versum ·
Exterat indignans · limoque infigit aquoso
Membraque coenoso sepelit moribunda sepulchro ·

Secunde Parthenices liber · ii ·

Ectior et pulsa victrix formidine virgo
Ocius ad templum famulis parat ire vocatis
Nec mora. festinat omnes et sedula nutrix
Iam longeua ligat crines et virgines ora
Pallida nocturne fumoque afflata lucerne
Materna pietate lauat. celeresque ministre
Depositas vestes adhibent. tyriumque ruborem
Induit. argento limbus circumdatur albo
Et caput aurato nitidum vestitur amictu
Iam delubra subit. lucent ardoribus are
Mugitu caua tecta sonant strepit vndique murmur
Plebis et astantum. Solio Maxentius alto
Residit. et elato turbam circumspicit ore.
Regia progenies medium progressa per agmen
Mox oculos in se populi conuertit. euntem
Mirantur ceduntque via. pellex iuuentus
Nomina romanis ciuis patriamque domumque
Auribus admoti narrant tenuique susurro.
Illa mouens gestu pectus faciemque venusto
Scandit. et intrepido premit alta sedilia gressu.
Et vicina trucem sic est affata tyrannum.
Me tibi Maxenti solitam preferre salutem
Admonuit regalis apex. summusque paterne
Maiestatis honor. pietas violata repugnat.
Nam colis hec simulachra deo peritura relicto
Qui tibi plus opes tanta romanaque patri.

Ex Bibliotheca Academ. Rostoch.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1771784059/phys_0028
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0029
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0030
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1771784059/phys_0031
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0032
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0033
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1771784059/phys_0034
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0035
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1771784059/phys_0036
DFG

A… pulsa victrix formidine virgo
… templu famulis parat ire vocatis
…x. festinat omnes et sedula nutrix

Iam lon… imes et virgines ora
Pallida… moque afflata lucerne
Ma… lavat. celereque ministre
Depo… d hibent. tyriumque ruborem
Induit… abus circumdatur albo
Et cap… tidum vestitur amictu
Iam d… lucent ardoribus are
Mugit… sonant strepit undique murmur
Plebi… . Solio Maxentius alto
Resistit… am circumspiciat ore.
Regia… medium progressa per agmen
Mox… populi convertit. euntem
Mir… via. pallet iuventus
Nomin… avus patriamque domumque
Auribu… trant tenuique susurro.
Illa mo… vultus faciemque venusto
Scan… pido premit alta sedilia gressu.
Et vi… est affata tyrannum.
Me ti… ... bitam | preferre salutem
Ad m… is apex. summusque paternus
Mai… . pietas violata repugnat.
Nam … ulacra deo peritura relicto
Qui … as tanta romanaque patri.

Ex Bibliotheca Academ… Rostoch…